61 10 exultabit – mea in Deo meo
66 3 in abominationib s – eorũ delectata..
Jer 4 31 væ mihi.. defecit – mea propt interfectos
5 9 et in gente tali non ulciscetur – mea?
6 8 Erudire.. ne fortè recedat – mea à te
13 17 plorabit – mea à facie superbiæ
14 19 aut Sion abominata est – tua?
15 1 non est – mea ad populum istũ : ejice..
31 12 eritque – eorũ quasi hortus irriguus
38 20 Audi.. benè tibi erit, et vivet – tua
39 18 liberabo.. erit tibi – tua in salutem
Thre 3 17 Et repulsa est à pace – mea, oblitus sum bonorum
20 memor ero, et tabescet in me – mea
24 Pars mea Dominus, dixit – mea
Bar 2 18 – esuriens dat.. gloriam et.. Domino
3 1 – in angustiis.. spiritus.. clamat ad te
Ezec 4 14 A a a, Due. ecce – m non est polluta
18 4 ut – patris, ità et – filii mea est
20 –, quæ peccaverit , ipsa morietur
23 18 recessit – m.. sicut.. à sorore ej [*Oolla*]
24 21 super quo pavet – vest–a..gladio cadent
Jon 2 8 Cùm angustiaretur in me – mea, Domini recordatus sum

Matt 6 25 Nonne – plus est quàm esca?.. corpus..
26 38 *Marc* 14 34 Tristis est – mea usque ad mortem
Luc 1 46 ait Maria : Magnificat – mea Dnum
12 23 – plus est quàm esca, et corpus plus..
Act 4 32 Mul.. credentiũ erat cor unum, et – una
Rom 13 1 Omnis – potestatib sublimiorib subdita sit : non est.. potestas nisi à Deo
1 *The* 5 23 ut integer spiritus v, et –, et.. servetur
Gen 2 19 omne enim quod vocavit Adã animæ viventis, ipsum est nomen ejus
Deut 4 29 quæsieris.. totâ tribulatione – tuæ
4 *Reg* 1 14 sed nunc obsecro, ut miserearis – meæ
Tob 12 10 Qui.. faciunt peccatũ.. hostes sunt – suæ
Ps 48 9 [*non debit*] pretium redemptionis – suæ
Prov 7 23 avis.. nescit quòd de periculo –.. agitur
13 8 Redemptio – viri, divitiæ suæ
16 17 custos – suæ servat viam suam
24 Favus mellis, composita verba : dulcedo –, sanitas ossium
18 7 labia ipsius [*stulti*], ruina – ejus
19 2 ubi non est scientia –, non est bonum
24 12 servatorem – tuæ nihil fallit
Eccli 6 2 Non te extollas in cogitatione – tuæ
7 12 Non irrideas hom in amaritudine –
9 2 Non des mulieri potestatem – tuæ, ne..
26 20 ponderatio non est digna continentis –
30 12 infans.. ne.. induret.. et erit tibi dolor –
15 Salus – in sanctitate just, melior.. auro..
24 Miserere – tuæ, placens Deo et contine
31 39 Amaritudo –, vinum multum potatum
Isai 26 8 nomen t, et memoriale t in desiderio –
38 15 Recogitabo. annos.. in amaritudine – m
Ezec 16 5 projecta es.. in abjectione – tuæ, in die..
27 31 et plorabunt te in amaritudine –
Mich 6 7 numquid dabo primogenitum meũ pro scelere meo.. pro peccato – meæ?
Matt 16 26 Quid.. prodest.. si mundũ.. lucretur, – verò suæ detrimentum patiatur?
Hebr 4 12 sermo Dei.. pertingens usque ad divisionem – ac spiritùs.. discretor..
3 *Reg* 19 4 petivit [*Elias*] animæ s ut moreretur
Judit 13 25 pro quibus non pepercisti – tuæ
Ps 34 3 dic – meæ : Salus tua ego sum
65 16 audite.. narrabo.. quanta fecit – meæ
68 19 Intende – meæ, et libera eam
Prov 3 22 erit vita – tuæ, et gratia faucibus tuis
11 17 Benefacit – suæ.. misericors : qui.. crudelis est, etiam propinquos abjicit
25 25 Aqua frigida – sitienti.. nuntius bonus
29 17 Erudi filium t.. dabit delicias – tuæ
Eccle 2 24 melius est.. et bibere, et ostendere – suæ bona de laboribus suis?
Eccli 1 38 ne.. et adducas – tuæ inhonorationem
18 31 Si præstes – tuæ concupiscentias ejus
23 6 – irreverenti.. infrunitæ ne tradas me
31 37 Sanitas est – et corpori sobrius potus
32 25 nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas – tuæ scandalum
27 In omni opere tuo crede ex fide – tuæ
37 21 multorum eruditor, et – suæ inutilis..
31 et non omni – omne genus placet
Isai 51 23 dixerunt – t : Incurvare ut transeamus
Jer 18 20 foderunt [*adversarii*] foveam – meæ?
Thre 3 25 Bonus est Dnus.. – quærenti illum
Jon 4 8 et petivit [*Jonas*] – suæ, ut moreretur
1 *Mac* 13 5 non mihi contingat parcere – meæ
Matt 6 25 ne solliciti sitis – vestræ quid manducetis, neq corpori.. quid induamini

Digitized by Google

Marc 8 36 lucretur.. et detrimentū — suæ faciat?
Luc 12 19 dicā — m : Anima, habes multa bona..
Hebr 6 19 quam [*spem*] sicut anchorā habemus —
Gen 1 21 Creavit.. D.. omnē **animam** viventē
24 Producat terra — viventem in genere s
2 7 et factus est homo in — viventem
8 21 non igitur ultrà percutiam omnem —
9 5 de manu hominis.. requirā — hominis
19 17 locuti sunt [*angeli*] ad eum [*Lot*] Salva — tuam : noli respicere post.
Levit 24 18 Qui percusserit.. reddet.. — pro animâ
Deut 4 9 Custodi igitur te.. et — tuam sollicitè
19 21 Non misereberis ej, sed — pro animâ..
24 15 reddes ei pretium laboris.. quia pauper est, et ex eo sustentat — suam
Judic 12 3 [*Jephte*] posui — meam in manibus m
1 Reg 1 15 Resp Anna..non bibi, sed effudi — meā
2 35 sacerdotē..qui juxta cor..et — m faciet
19 5 posuit [*David*] — suam in manu suâ
28 21 [*pythonissa Sauli*] posui — m in manu m
2 Reg 4 9. *3 Reg* 1 29 Vivit Dnus, qui eruit — meam de omni angustiâ
14 14 nec vult Deus perire —, sed retractat..
16 11 filius meus.. quærit — meam : quantò magis nunc filius Jemini?
3 Reg 1 12 salva — tuam, filiique tui Salomonis
19 4 Sufficit mihi, Domine, tolle — meam
10 et quærunt — meam, ut auferant eam
4 Reg 1 13 Homo Dei, noli despicere — meam
Tob 1 12 custodivit — suā..nunq contaminatus..
3 16 mundā servavi — meā ab omni concup
4 3 Cùm acceperit Deus — meam.. honorē habebis matri tuæ omnibus diebus..
11 eleemosyna ab omni peccato.. liberat, et non patietur — ire in tenebras
Esth 4 13 Ne putes quòd — tuam tantùm liberes
7 3 si tibi placet, dona mihi — meam, pro quâ rogo, et populum meum..
Job 2 6 verumtamen — illius [*Job*] serva
Ps 6 5 Convertere, Domine et eripe — meam
L 10 6 qui autē diligit iniquitatē, odit — suā
15 10 *Act* 2 27 non derelinques — meam in inferno
16 9 Inimici mei — meam circumdederunt
21 21 Erue à frameâ, Deus, — meam
22 3 [*educavit me*] [*Dnus*] : — meā convertit
23 4 qui non accepit in vano — s [*ascendet*]
24 1 Ad te, Domine, levavi — meam
20 Custodi — meā.. erue me..speravi in te
25 9 Ne perdas cum impiis, Deus, — meam
29 4 Domine, eduxisti ab inferno — meam
30 8 salvasti de necessitatibus — meam
14 accipere — meam consiliati sunt
34 13 Humiliabā in jejunio — meā..oratio m..
40 5 sana — meam, quia peccavi tibi
48 16 Deus redimet — meam de manu inferi
55 13 eripuisti — meam de morte, et pedes m de lapsu : ut placeam corā Deo..
56 5 eripuit — m de medio catulorū leonū
58 4 Quia ecce ceperunt [*inimici*] — meam
62 10 in vanum [*inimici*] quæsierunt — meā
63 2 à timore inimici eripe — meam
65 9 Qui [*Deus*] posuit — meam ad vitam
68 2 quon intraverunt aquæ usq ad — m
11 Et operui in jejunio — meam
69 3 Confundantur et.. qui quærunt — meā
70 10 qui custodiebant — meam, consilium..
85 2 Custodi — meam, quoniam sanctus sum : salvum fac servum tuum..

Ps 85 4 lætifica — servi tui. quoniam ad te. Domine, — meam levavi
88 49 Quis..eruet — suam de manu inferi?
93 19 Secundum multitudinem dolorum m.. consolationes tuæ lætificav — meam
104 18 ferrum pertransiit — ejus [*Joseph*]
106 9 satiavit — inanem : et — esurientem..
108 31 ut salvā faceret à persequentib — meā
114 4 O Dne, libera — meam [*misericors D*]
8 eripuit — meā de morte : oculos..pedes
119 2 libera — meā à labiis iniquis..à linguâ..
140 8 in te speravi, non auferas — meam
141 5 periit fuga à me, et non est qui requirat — meam
8 Educ de custodiâ — meam ad confit..
142 8 Notam fac.. viam..quia ad te levavi —
Prov 6 26 mulier autem viri pretiosam — capit
32 adulter..propt cordis inopiā, perdet — s
8 36 qui autē in me peccaverit, lædet — suā
13 3 Qui custodit os suum, custodit — suam
12 Spes, quæ differtur, affligit —
19 Desiderium, si compleatur, delectat —
15 30 Lux oculorum lætificat —
32 Qui abjicit disciplinā, despicit — suam
16 1 Hominis est — præparare : et Domini gubernare linguam
19 8 qui.. possessor est mentis, diligit — suā
16 Qui custodit mandatū, custodit — suā
18 ad interfectionē.. [*filii t*] ne ponas — t
21 23 Qui custodit os suum et linguam suā, custodit ab angustiis — suam
23 14 virgâ percuties eum [*puerum*] : et — ejus de inferno liberabis
Eccle 4 8 Cui laboro, et fraudo — meam bonis?
Sap 1 4 in malevolam — non introibit sapientia
11 os autem, quod mentitur, occidit —
4 11 aut ne fictio deciperet — illius [*justi*]
8 19 erā ingeniosus, et sortitus sū — bonam
9 15 Corpus..quod corrumpitur, aggravat —
10 16 Intravit [*sap*] in — servi Dei [*Moysi*]
Eccli 2 1 præpara — tuam ad tentationem
4 2 — esurientem ne despexeris
7 presbytero humilia — tuā, et magnato..
26 Ne accipias.. adversùs — tuā mendaciū
7 22 Non lædas..mercenariū dantem — suā
9 6 Ne des fornicariis — tuam in ullo
10 10 Nihil est iniquius quàm amare pecuniam : hic.. — suam venalem habet
31 Fili, in mansuetudine serva — tuam
32 Peccantē in — suam quis justificabit? quis honorificabit exhonorantem — s?
14 8 Nequā.. oculus lividi.. despiciens —
9 oculus cupidi.. non satiabitur donec consumat arefaciens — suam
16 Da, et accipe, et justifica — tuam
18 23 Ante orationem præpara — tuam
19 6 Qui peccat in — suam, pœnitebit
20 8 Qui multis utitur verbis, lædet — suā
24 Est qui perdet — suam præ confusione
21 30 Dùm maledicit impius diabolum, maledicit ipse — suam
31 Susurro coinquinabit — suam.. odietur
23 25 transgreditur lectum s, contemnens in — suam.. dicens : Quis me videt?
29 20 dedit enim [*fidejussor*] pro te — suam
31 2 infirmitas gravis sobriam facit —
34 20 [*Dnus*] exaltans —.. illuminans oculos..
37 16 cuj [*sancti*] anima est secundū — tuam
Isai 5 14 Proptereà dilatavit infernus — suam

Digitized by Google

Isai 32 6 stultus.. et vacuam faciat – esurientis
38 17 Tu autē eruisti – meā, ut non periret
47 14 non liberabunt – suā de manu flammæ
49 7 Dnus redemptor.. ad contemptibilē –
53 10 si posuerit pro peccato – suā, videbit..
12 dividet spolia.. tradidit in mortē – s
58 10 Cùm effuderis esurienti – tuam, et –
afflictam repleveris, orietur.. lux t
11 et implebit splendoribus – tuam
Jer 4 10 ecce pervenit gladius usque ad – ?
30 cùm ornata fueris.. contempserunt te
amatores tui, – tuam quærent
12 7 dedi dilectam – meā in manu inimicor
20 13 liberavit – pauperis de manu malorū
22 25 dabo te in manu quærentium – tuam
27 levant – suam ut revertantur illùc
31 14 inebriabo – sacerdotum pinguedine
25 Quia inebriavi – lassam, et omnem –
esurientem saturavi
51 6 Fugite de medio Babylonis, et salvet
unusquisque – suam
Thre 1 11 pretiosa.. pro cibo ad refocillandam –
19 quæsierunt cibū.. ut refocillarent – s
3 51 Oculus meus deprædatus est – meam
Ezec 3 21 annuntiasti ei, et tu – tuam liberasti
7 19 – suā non saturabunt..quia scandalū..
18 27 fecerit.. justitiam..– suam vivificabit
33 5 si autē se custodierit, – suā salvabit
9 non fuerit conversus.. – tuā liberasti
Amos 2 14 et robustus non salvabit – suam
15 ascensor equi non salvabit – suam
Jon 2 6 Circumdederunt me aquæ usque ad –
4 3 nunc, Dne, tolle quæso – meam à me
Hab 2 5 superbus..dilatavit, quasi infernus, – s
2*Mac* 7 22 neque enim ego.. – donavi vobis
37 – et corpus.. trado pro patriis legibus
Matt 10 28 – autem non possunt occidere, sed potiùs timete eum qui potest et – et
corpus perdere in gehennam
39 Qui invenit – suam, perdet illam.. qui
perdiderit – suā propt me, inveniet..
16 25, *Marc* 8 35, *Luc* 9 24 Qui enim voluerit
– suam salvam facere, perdet..
20 28 Filius hominis non venit ministrari,
sed ministrare, et dare – suam
redemptionem pro multis.
Marc 3 4, *Luc* 6 9 licet..– salvā facere, an perd?
Luc 2 35 et tuam ipsius – pertransibit gladius
12 20 Stulte, hâc nocte, – tuam repetunt à te
14 26 Si quis.. non odit patrē..adhùc..et – s
Joan 10 11 Bonus pastor – suam dat pro ovibus s
15 et – meam pono pro ovibus meis
17 pono – meam, ut iterùm sumam eam
12 25 amat – suā, perdet..odit – suā..custodit
13 37 Dicit ei Petrus.. – meam pro te ponam
38 – tuam pro me pones?.. Non cantabit
gallus, donec ter me neges
15 13 ut – suam ponat quis pro amicis suis
Act 20 24 nec facio – meam pretiosiorē quàm me
Rom 2 9 angustia in omnem –..operantis malum
1 *Cor* 15 45 factus est primus homo.. in – viventem
2 *Cor* 1 23 testem Deum invoco in – meam
Jac 5 20 salvabit – ejus à morte, et operiet..
1 *Pet* 2 11 obsecro.. abstinere vos à carnalibus
desideriis, quæ militant adversùs –
1 *Joan* 3 16 – suā pro nobis posuit: et nos debemus
Ps 41 6, 12, 42 5 Quarè tristis es **anima** m..?
61 6 Deo subjecta esto – mea: quoniam ab
ipso patientia mea

Ps 102 1 Benedic – mea Dno: et omnia..
2 Benedic – mea Domino.. noli oblivisci..
103 1 Benedic – mea Dno.. magnificatus es..
114 7 Convertere – mea in requiem tuam
145 2 Lauda – mea Dnum, laudabo.. psallam
Luc 12 19 –, habes multa bona posita in annos..
Deut 6 5 Diliges Dominum.. ex totâ **animâ** tuâ
11 13 diligatis.. et serviatis.. in totâ – vestrâ
26 16 mandata.. et impleas.. ex totâ – tuâ
30 10 revertaris ad Dnum.. et in totâ – tuâ
Jos 22 5 ac serviatis.. et in omni – vestrâ
Esth 7 7 Aman.. ut rogaret Esther.. pro – suâ
Job 2 4 cuncta quæ habet homo, dabit pro – s
Ps 137 3 exaudi.. multiplicabis in – meâ virtutē
Sap 13 17 Non erubescit loqui cū illo qui sine –..
Eccli 4 24 Pro – tuâ ne confundaris dicere verum
33 Pro justitiâ agonizare pro – tuâ
7 31 In totâ – tuâ time Dnū.. sacerd..sanctif
33 Honora Deum ex totâ – tuâ, et..sacerd
Isai 10 18 ab – usq ad carnē consumetur [*Assur*]
43 4 dilexi te.. dabo homines.. pro – tuâ
Jer 32 41 plantabo eos in terrâ.. in totâ – meâ
Thre 2 19 leva ad eā manus t pro – parvulorū t
Ezec 32 10 obstupescent.. pro – suâ in die ruinæ t
Amos 6 8 Juravit Dominus Deus in – suâ
Matt 16 26 quam dabit.. commutationē pro – suâ ?
22 37, *Marc* 12 30, *Luc* 10 27 Diliges Dominum Deum t.. corde tuo.. totâ – tuâ
Marc 8 37 quid dabit.. commutationis pro – suâ ?
Prov 13 13 **Animæ** dolosæ errant in peccatis
18 8 Pigrum dejicit timor: – autem effeminatorum esurient
Sap 3 1 Justorum.. – in manu Dei sunt
Ezec 18 4 Ecce omnes – meæ sunt..patris, itâ..filii
24 25 super quo requiescunt – eorum
1 *Pet* 3 20 octo – salvæ factæ sunt per aquam
2 *Reg* 23 17 **animarum** periculū bibā? Noluit..
Sap 3 13 nescivit thorum in delicto, habebit
fructum in respectione – sanctarum
14 26 Dei immemoratio, – inquinatio
Jer 2 34 in alis t inventus.. sanguis – pauperum
1 *Pet* 1 9 reportantes finem fidei v, salutem –
2 25 conversi estis.. ad pastorem..– vestrarū
Sap 14 11 creaturæ.. factæ sunt, et in tentationem **animabus** hominum
Jer 6 16 via bona.. invenietis refrigerium – v
Matt 11 29 Tollite jugum.. invenietis requiem – v
Gen 14 21 rex Sodomorum ad Abram: Da mihi
animas, cætera tolle tibi
Levit 11 43 Nolite contaminare – vestras,nec..ne..
16 29, 31, 23 32 *Num* 29 7 affligetis – v
Deut 4 15 Custodite igitur sollicitè – vestras
Jos 2 13 [*ait Rahab*].. eruatis – nostras à morte
3 *Reg* 3 11 non petisti.. divitias, aut – inimicorū t
1 *Par* 22 19 Præbete igitur corda v, et – vestras
Judit 4 8 et humiliaverunt – suas in jejuniis et..
Ps 18 8 Lex Domini immaculata, convertens –
32 19 ut eruat à morte – eorum: et alat..in..
73 19 Ne tradas bestiis – confitentes tibi
– pauperum t ne obliviscaris in finē
96 10 custodit Dominus – sanctorum suorum
Prov 1 18 et moliuntur fraudes contra – suas
19 semitæ.. avari, – possidentium rapiunt
7 10 mulier.. præparata ad capiendas –
11 30 et qui suscipit –, sapiens est
12 10 Novit justus jumentorum suorum –
Sap 7 27 in – sanctas se transfert [*sapientia*]
11 27 Parcis.. quoniam tua sunt, Domine,
qui amas –

Digitized by Google

Sap 14 5 exiguo ligno credunt homines – suas
Eccli 2 20 in consp illius [*Dei*] sanctificabunt – s
21 3 Dentes.. interficientes – hominum
Isai 58 3 humiliavimus – nostras, et nescisti?
Jer 17 21 Custodite – vestras, et nolite portare pondera in die sabbati
26 19 facimus malū grande contra – nostras
37 8 Nolite decipere – vestras, dicentes.. abibunt.. Chaldæi.. non abibunt
42 20 quia decepistis – vestras [*non audistis*]
44 7 Quarè vos facitis malum grande hoc contra – vestras, ut intereat..?
48 6 Fugite, salvate – vestras
Thre 2 12 cùm exhalarent – s in sinu matrum s
Bar 6 6 ipse autem exquiram – vestras
Ezec 13 18 Væ, quæ.. et faciunt cervicalia sub capite.. ad capiendas –
cùm caperent – populi mei, vivificabant – eorum
19 ut interficerent –, quæ non moriuntur
20 pulvillos.. quibus.. capitis – volantes
14 14 tres viri.. Noe, Daniel et Job.. justitiâ suâ liberabunt – suas
22 25 sicut leo rugiens.. – devoraverunt
1 Mac 1 51 filios.. coinquinari – eorū in.. imundis
2 50 date – vestras pro testam patrum v
Luc 9 56 Filius hominis non venit – perdere..
21 19 In patientiâ v possidebitis – vestras
Act 15 26 tradiderunt – suas pro nomine.. J C
1 The 2 8 cupidè volebamus tradere vobis, non solùm evang.. sed etiam – nostras
Jac 1 21 suscipite insitum verbum, quod potest salvare – vestras
1 Pet 1 22 – vestras castificantes in obedientiâ..
4 19 Creatori comendent – suas in benefactis
1 Joan 3 16 et nos debemus pro fratrib – ponere
Apoc 6 9 vidi subtus altare – interfectorum
Dan 3 86 Benedicite.. et **animæ** justorum Dno
2 Cor 12 15 superimpendar ipse pro **animabus** v
Hebr 13 17 quasi rationem pro – vestris redditùri

ANIMADVERTO animadvertunt

Prov 28 5 qui autem inquirunt Dnum, – omnia
Eccle 2 15 **animadverti**..hoc quoque..vanitas
4 4 industrias – patere invidiæ proximi
Dan 9 23 ergo **animadverte** sermonem.. visionem
25 –.. hebdomades 7, et hebdom 62 erunt
14 18 pavimentum, – cujus vestigia sint hæc
Prov 8 5 insipientes, **animadvertite** [*ait sap*]

ANIMAL

Gen 7 14 [*in arcam*].. omne – secundùm genus s
Num 22 30 Dixit asina: Nonne – tuum sum..?
Eccli 13 19 Omne – diligit simile sibi: sic.. homo
Isai 63 14 Quasi – in campo.. spiritus Domini ductor ejus [*Israel*] fuit
Apoc 4 7 – primum simile leoni.. 2um – simile vitulo.. 3um – habens faciē quasi hominis.. 4um – simile aquilæ volanti
Ps 144 16 imples omne **animal** benedictione
Isai 40 16 **animalia** ej non sufficient ad holoc
Judae 10 naturaliter, tanquàm muta – norunt, in his corrumpuntur
Apoc 4 6 quatuor – plena oculis antè et retrò
5 8 IV –, et 24 seniores cecid coram Agno
14 Et quatuor – dicebant: Amen
11 audivi vocem angelorum.. et **animalium**
Gen 9 2 terror vester ac tremor sit super cuncta **animalia**

Sap 15 18 Sed et – miserrima colunt [*homines*]
Exod 9 6 de **animalibus** verò filiorum Israel nihil omninò periit

ANIMALIS

1 Cor 2 14 –.. homo, non percipit ea quæ sunt Spiritûs Dei: stultitia enim est illi
Jac 3 15 sap..sed terrena, **animalis**, diabolica
1 Cor 15 44 seminatur corpus **animale**, surget.. Si est corpus –, est et spiritale
46 sed quod –: deindè quod spiritale
Judae 19 **animales**, Spiritum non habentes

ANIMANS animantia

Exod 9 6 mortuaq sunt omnia – Ægyptiorum
Gen 7 21 Consumpta.. est omnis caro.. **animantium**.. universi homines
8 1 Recordatus.. Noe, cunctorumque –
1 28 dominamini.. et univ **animantibus**
2 20 Appellavitque Adam nominibus suis cuncta **animantia**
3 14 Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia –
6 7 Delebo.. ab homine usque ad –
3 1 serpens erat callidior cunctis **animantibus**.. dixit ad mulierem..
6 19 ex cunctis –.. bina induces in arcam
7 2 Ex omnibus – mundis, tolle septena.. de – verò immundis, duo et duo

ANIMOSITAS animositates

2 Cor 12 20 Timeo..ne..–.. seditiones sint inter vos

ANIMUS

Prov 17 22 – gaudens, ætatem floridam facit
23 15 Fili mi, si sapiens fuerit – tuus, gaudebit tecum cor meum
Eccle 7 4 Melior.. ira risu: quia per tristitiam vultûs, corrigitur – delinquentis
Eccli 13 15 Immitis – illius [*potentioris*] conservabit verba tua
Prov 11 13 fidelis.. **animi**, celat amici comissū
15 13 in mœrore – dejicitur spiritus
Eccle 2 11 vidi in omnibus vanit et afflictionem –
4 6 Melior est pugillus cum requie, quàm plena.. manus cum.. et afflictione –
Eccli 14 2 Felix, qui non habuit – sui tristitiam
Prov 16 32 Melior est.. et qui dominatur **animo** suo, expugnatore urbium
Deut 17 17 Non habebit [*rex*] uxores plurimas, quæ alliciant **animum** ejus
Prov 23 19 esto sapiens: et dirige in viâ – tuum
Eccle 2 3 Cogitavi.. abstrahere à vino carnē m, ut – meum transferrem ad sapientiā
Eccli 6 33 si accomodaveris – tuum, sapiens eris
27 17 Qui denudat arcana amici.. et non inveniet amicum ad – suum
2 Mac 7 21 singulos.. hortabatur.. femineæ cogitationi masculinum – inserens
Tob 5 13 Cui ait juvenis: Forti **animo** esto, in proximo est, ut à Deo cureris
Prov 31 6 Date.. vinum his, qui amaro sunt –
Eccle 1 13 proposui in – meo quærere.. de omnib
7 26 Lustravi universa – meo, ut scirem..
Eccli 6 27 In omni – tuo accede ad illam [*sap*]
7 9 Noli esse pusillanimis in – tuo
14 4 Qui acervat ex – suo injustè, aliis congregat..
19 16 Est qui labitur linguâ, sed non ex –
35 10 Bono – gloriam redde Deo
37 6 Non obliviscaris amici tui in – tuo
9 ipse.. [*consiliarius*] – suo cogitabit
Dan 3 39 ut.. in – contrito et.. suscipiamur..

Digitized by Google

2 Mac 1 3 ut.. faciatis ej voluntatem.. — volenti
Eph 6 6 non ad oculum serv..sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex —
Col 3 21 ut non pusillo — fiant [*filii vestri*]
23 facitis, ex — operamini, sicut Domino..
Jac 1 8 Vir duplex —, inconstans est in.. viis s
4 8 manus.. purificate corda, duplices —
5 13 Tristatur..?oret : Æquo — est? psallat
1 Pet 5 3 [*pascite*].. sed forma facti gregis ex —
Deut 11 18 Ponite hæc verba mea in.. **animis** v

ANNA [*Mater Samuelis*]

1 Reg 1 10 cùm esset — amaro animo, oravit..flens

ANNA [*Uxor Tobiae*]

Tob 11 5 — .. sedebat secus viam quotidiè in supercilio montis, undè respicere..

ANNA [*Prophetissa*]

Luc 2 36 — prophetissa [*non discedebat de templo*]

ANNALIS annales

Esth 6 1 jussit..[*rex*] sibi afferri historias et —

ANNICULUS

Exod 12 5 Erit..agnus absque maculà, masculus, —
29 38 Agnos **anniculos** 2 per singulos dies

ANNONA annonam

Judit 5 15 per annos 40 — de cœlo consecuti sunt

ANNULLO annullabunt

Eccli 21 5 Objurgatio et injuriæ — substantiam : et domus quæ nimis locuples est, **annullabitur** superbià

ANNULUS

Jer 22 24 si.. — in.. dexterà meâ, indè evellam
Gen 41 42 [*rex*] **annulum** de manu suà.. dedit .. in manu ejus [*Joseph*]
Esth 8 2 rex —, quem ab Aman recipi jusserat, et tradidit Mardochæo
Luc 15 22 date — in manum ejus [*prodigi*], et..
Jac 2 2 aureum — habens.. et pauper..
Esth 8 8 Scribite.. signantes litteras **annulo** m
Dan 6 17 lapis.. quem obsignavit rex — suo..ne..
14 10 tu, rex.. claude ostium, et signa — tuo
Judit 10 3 assumpsit..lilia..inaures, et **annulos**
Isai 3 21 —, et gemmas in fronte.. [*auferet Dnus*]

ANNUNTIATIO

1 Joan 1 5 hæc..—, quam audivimus..Deus lux est
3 11 hæc est —, quam audistis..ut diligatis..

ANNUNTIATOR

Act 17 18 Novorum dæmoniorum videtur — esse

ANNUNTIO

Isai 42 9 ecce venerunt : nova quoque ego —
Act 17 23 IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, [*ait Paulus*] hoc ego — vobis
Ezec 23 36 et **annuntias** eis scelera earum?
Ps 18 2 opera manuum ejus **annuntiat** firm
147 19 Qui — verbum suum Jacob : justitias..
Act 17 30 Deus.. — .. ut omnes..pœnitentiã agant
13 32 vobis **annuntiamus** — eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est
1 Joan 1 2 — vobis vitam æternam, quæ erat..et..
3 quod vidimus et audivimus, — vobis
Act 16 17 qui **annuntiant** vobis viam salutis
1 Cor 9 14 qui evangelium —, de evangelio vivere
Ps 39 10 **Annuntiavi** justitiam t in ecclesià..
55 9 [*Deus*] vitam meam — tibi
Isai 43 12 —, et salvavi.. vos testes.. et ego Deus
48 3 Priora .. — .. audita feci.. et venerunt
Jer 42 21 — vob hodiè, et non audistis vocẽ Dni
Ezec 3 20 morietur, quia non **annuntiasti** ei
21 vivens vivet, quia — ei [*justo*]
Isai 41 26 Quis **annuntiavit** ab exordio, ut sciamus.. ut dicamus : Justus es?
Isai 48 14 audite : quis de eis [*idolis*] — hæc?
Ose 4 12 interrogavit, et baculus ejus — ei
Ps 43 2 patres n **annuntiaverunt** nob opus
63 10 — [*omnes*] opera Dei.. facta ej intellex
96 6 — cœli justitiã ej.. viderunt.. gloriã ej
Act 3 24 omn prophetæ à Samuel.. — dies istos
Ps 37 19 iniquitatẽ m **annuntiabo**..cogitabo
54 18 Vesperè, et manè, et meridiè.. et — ..
74 10 — in sæculum : cantabo Deo Jacob
88 2 In generationẽ .. — veritatẽ t in ore m
Isai 57 12 — justitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi
Dan 11 2 nunc veritatem — tibi.. adhùc 3 reges..
Joan 16 25 non in prov.. sed palã de Patre — vobis
Exod 19 3 Hæc.. **annuntiabis** filiis Israel
Ezec 33 7 audiens..ex ore m sermonẽ, — eis ex me
Deut 32 7 interroga patrẽ t.. **annuntiabit** tibi
Ps 29 10 confitebitur — tibi pulvis.. — veritatẽ t?
50 17 labia mea aperies : et os m — laudem t
70 15 Os meum — justitiam tuam; totâ die..
110 6 virtutem operum suorum — populo s
Joan 4 25 Scio quia Messias venit.. nob — omnia
16 13 Spiritus.. quæ ventura sunt — vobis
14, 15 de meo accipiet, et — vobis
Ps 78 13 In generationem et generationem **annuntiabimus** laudem tuam
1 Cor 11 26 et calicem bibetis, mortem Domini **annuntiabitis** donec veniat
Ps 21 32 **annuntiabunt** cœli justitiam ejus
Isai 66 19 Et — gloriam meam gentibus
Ezec 3 19 Si autem tu **annuntiaveris** impio.. morietur, tu.. animam t liberasti
21 Si autem tu — justo, ut non peccet.. non peccaverit, vivens vivet
Isai 58 1 **annuntia** populo meo scelera eorũ
Luc 9 60 sepeliant mortuos s: tu.. — regnũ Dei
Ps 9 12 **annuntiate** inter gentes studia ejus
95 3 — inter gentes gloriã ejus..mirabilia ej
104 1 invocate.. — inter gentes opera ejus
Isai 12 5 Cantate Dno.. — hoc in universà terrà
41 23 — quæ ventura s..et sciemus quia dii..
Jer 31 10 verbũ Dni.. — in insulis, quæ procul..
Gen 49 1 ut **annuntiem**.. ventura.. vobis
Ps 9 15, 72 28 ut — omnes.. in portis filiæ Sion
Mich 3 8 ut — Jacob scelus s, et Israel pecc suũ
Isai 43 9 quis in vobis **annuntiet** istud..?
44 7 Quis similis mei? vocet, et —..
Jer 42 3 — nobis Dnus.. viã, per quã pergamus
1 Pet 2 9 ut virtutes **annuntietis** ejus, qui.. vos vocavit in admirabile lumen s
Ps 91 16 ut **annuntient** : quon rectus Dnus
101 22 ut — in Sion nomen Dni : et laudem..
Isai 19 12 Ubi nunc sunt sapientes tui? — tibi
Jer 50 28 Vox fug..ut — in Sion ultionem Domini
Deut 5 5 ut **annuntiarem** vob verba ejus
Eccli 42 19 Dnus.. **annuntians** quæ præterierunt, et quæ superventura sunt
Isai 45 19 Ego Dnus loquens justitiam, — recta
46 10 [*sum Deus*] — ab exordio novissimum
Amos 4 13 [*Dominus*] — homini eloquium suum
Joan 20 18 Maria Magdal — discipulis.. vidi Dnũ..
Act 10 36 Deus.. — pacem per Jesum Christum
Isai 52 7 Quàm pulchri super montes pedes **annuntiantis**.. pacem..!
Nah 1 15 Ecce super montes pedes.. et — pacem
Isai 60 6 de Saba.. aurum et thus deferentes, et laudem Domino **annuntiantes**
Act 14 14 — vobis ab his vanis converti ad Deum vivum

Digitized by Google

Act 19 18 Multi..confitentes et – actus suos
Ps 91 3 ad **annuntiandum** manè misericordiam tuam et veritatem t..
Isai 61 1 Spiritus Dni.. ad – mansuetis misit me
Act 13 38 vob remiss peccatorū **annuntiatur**
Rom 1 8 quia fides vestra – in universo mundo
15 21 Quibus non **est annuntiatum** de eo, videbunt
Phili 1 18 Dùm omni modo.. Christus **annuntietur**.. in hoc gaudeo..et gaudebo

ANNUO annuit

Prov 6 13 – oculis [*apostata*], terit pede, digito..
10 10 Qui – oculo, dabit dolorem
Ps 34 19 oderunt me gratis.. **annuunt** oculis
Luc 5 7 **annuerunt** sociis, qui erant in aliâ navi, ut.. et adjuvarent eos
Eccli 27 25 **Annuens** oculo, fabricat iniqua

ANNUS

Isai 63 4 Dies..ultionis.. – redemptionis m venit
Job 3 6 [*dies in quâ natus sum*] non computetur in diebus **anni**, nec.. in mensibus
Ps 64 12 Benedices coronæ – benignitatis tuæ
Joan 11 51 [*Caiphas*] Pontifex – illius, prophetavit, quòd Jesus moriturus erat
Isai 61 2 ut prædicarem **annum** placabilem Domino
Luc 4 19 prædicare – Dni acceptū.. diem retrib
Jer 28 16 [*Jeremias Hananiæ*].. hoc **anno** morieris
Luc 13 8 Dne, dimitte illā [*ficulneam*] et hoc –.. mittam stercora
Job 10 5 **anni** tui sicut humana sunt tempora
Ps 89 4 mille – ante oculos t, tanquàm dies hesterna, quæ præteriit, et custodia..
5 quæ pro nihilo habentur, eorū – erunt
9 – nostri sicut aranea meditabuntur
10 LXX –. Si autem in potentatibus, 80 –
101 28 Hebr 1 12 tu autem idem ipse es, et – tui non deficient
Prov 4 10 Audi.. ut multiplicentur tibi – vitæ
9 11 Per me.. et addentur tibi – vitæ
10 27 et – impiorum breviabuntur
Eccli 41 6 sive decem, sive centum, sive mille –
Dan 9 2 sermo Dni ad Jeremiā.. ut complerentur desolationis Jerusalem 70 –
Mal 3 4 placebit Dno sacrificium Juda.. sicut dies sæculi, et sicut – antiqui
Luc 13 7 Ecce – tres.. venio, quærens fructum..
2 Pet 3 8 unus dies apud Dnum, sicut mille –; et mille –, sicut dies unus
Job 36 26 numerus **annorum** ejus [*Dei*] inæstimabilis
Sap 4 8 Senectus.. neque – numero computata
Isai 38 10 [*Ezechias*] Quæsivi residuū – meorum
65 20 puer centum – morietur, et peccator centum – maledictus erit
Gen 1 14 Fiant luminaria.. et sint in signa et tempora, et dies, et **annos**
4 Reg 20 6 [*die Ezechiæ*] addam diebus t 15 –
Ps 76 6 et – æternos in mente habui
Prov 5 9 [*Fili mi..*] Ne des alienis honorem tuum, et – tuos crudeli
Eccle 6 3 Si genuerit..100.. et vixerit multos –
Isai 38 15 Recogitabo tibi omnes – meos in amaritudine animæ meæ
Luc 12 19 habes multa bona posita in – plurimos.. [*Stulte, hâc nocte animam t repet..*]
Joan 8 57 Judæi ad eum [*Jesum*] : 50 – nondum habes, et Abraham vidisti?
Exod 16 35 Filii.. Israel comederunt man 40 –
Ps 89 15 lætati sumus pro.. –, quibus vidimus mala
Eccle 6 6 si 2,000 – vixerit.. non.. perfruitus..
Luc 15 29 dixit patri.. tot – servio tibi.. nunquàm..

ANTECEDO antecedebat

Sap 7 12 lætatus sum.. quon – me ista sapientia
Matt 2 9 stella, quam viderant [*Magi*].. – eos
Luc 22 47 turba : et.. Judas, unus de 12, – eos
Jos 3 11 arca.. **antecedet** vos per Jordanem

ANTECESSOR antecessores

Sap 12 8 misisti – exercitûs tui vespas
Galat 1 17 neque veni Jerosolymam ad – meos

ANTEEO anteibit

Isai 58 8 et – faciem tuam justitia tua

ANTELUCANUS antelucani

Sap 11 23 tanquàm momentum stateræ, sic est ante te orbis.. et tanq gutta roris –
Eccli 24 44 doctrinam quasi **antelucanum** illumino omnibus

ANTEMURALE

Isai 26 1 Sion.. ponetur in eâ murus, et –
Thre 2 8 luxit.. –, et murus pariter dissipatus..

ANTICHRISTUS

1 Joan 2 22 Hic est –, qui negat Patrem et Filium
4 3 qui solvit Jesū, ex Deo non.. hic est –
2 Joan 7 non confitentur J C venisse.. hic est seductor, et –
1 Joan 2 18 sicut audistis, quia – venit, et nunc **antichristi** multi facti sunt

ANTICIPO anticipaverunt

Ps 76 5 – vigilias oculi mei : turbatus sum..
78 8 citò **anticipent** nos misericordiæ t..

ANTIOCHIA Antiochiæ

Act 11 26 ità ut cognominarentur primùm – discipuli, Christiani
15 23 APOSTOLI, et seniores fratres, his qui sunt –.. salutem
2 Tim 3 11 qualia mihi facta sunt –, Iconii et..

ANTIQUA antiquorum

Eccli 39 1 Sapientiam omniū – exquiret sapiens
Matt 5 21 dictū est **antiquis**: Non occides [*ego*]
27 dictum est – : Non mœchaberis [*ego..*]
33 dictum est – : Non perjurabis [*ego..*]
Ps 138 5 cognovisti omn, novissima et **antiqua**
Isai 43 18 Ne memineritis priorū.. – ne intueamini
Job 12 12 In **antiquis** est sapientia, et in multo tempore prudentia
Prov 8 23 et ex – antequàm terra fieret

ANTIQUITAS antiquitatem

Ezec 16 55 tu, et filiæ t, revertemini ad – vestram
Isai 23 7 gloriabatur [*Tyrus*].. in **antiquitate**

ANTIQUITUS

Isai 1 26 restituam judices t.. consil t sicut –

ANTIQUOR antiquatur

Hebr 8 13 Quod.. – et senescit, propè interitū est

ANTIQUUS

Apoc 12 9 projectus est draco.. magnus, serpens –
Sap 13 10 lapidē inutilē, opus manus **antiquæ**
4 Reg 17 34 morem sequuntur **antiquum** : non timent Dominum [*Samaritani*]
Eccli 9 14 Ne derelinquas amicum – : novus.. non
Apoc 20 2 draconem, serpentem –..ligavit.. mille
Jer 5 15 adducā super vos..gentē **antiquam**
2 Mac 6 21 propter – viri amicitiam.. rogabant..
Thre 4 7 nazaræi.. rubicund ebore **antiquo**
Mal 3 4 sicut dies sæculi, et.. anni **antiqui**
Ps 88 50 Ubi sunt misericordiæ tuæ **antiquæ**..?

Digitized by Google

Deut 32 7 Memento dierum –, cogita gener sing
Ps 142 5 Memor fui dierum –, meditatus sum..
78 8 Ne memineris iniq n **antiquarum**
76 6 Cogitavi dies **antiquos**..annos æterna
Prov 22 28 Ne transgrediaris terminos –
Isai 25 1 exaltabo te.. fecisti mirabilia, cogitationes **antiquas** fideles, amen
61 4 et ruinas – erigent [*filii Israel*]
Deut 4 32 Interroga de diebus **antiquis**..si facta
Ps 43 2 opus, quod operatus es.. in diebus –
Isai 37 26 ex diebus – ego plasmavi illud
51 9 brachiū Dni : consurge sicut in dieb –
Jer 6 16 interrogate de semitis –, quæ sit via bona, et ambulate in eá
Thre 2 17 sermonē.. quem præceperat à diebus –
Ezec 38 17 ille es, de quo locutus sum in diebus –
Mich 7 20 quæ jurasti patribus n à diebus –
Act 15 7 ab – diebus Deus in nobis elegit..

ANTIQUUS DIERUM

Dan 7 9 Aspiciebam..et – sedit : vestimentum..
22 venit – .. regnum obtinuerunt sancti
13 usq ad **antiquum dierum** perven

ANTRUM

Gen 23 20 confirmatus est ager, et –..à filiis Heth
Judic 6 2 Feceruntq sibi **antra**.. in montibus
1 *Reg* 13 6 absconderunt se..in **antris**..in cistern

ANUS anos

1 *Reg* 6 5 quinque – aureos facietis, et 5 mures

ANUS us

Gen 18 13 Sara.. Num verè paritura sum –?
Tit 2 3 **anus** similiter in habitu sancto, non..
1 *Tim* 5 2 [*obsecra*] **anus**, ut matres ; juvenculas, ut sorores

ANXIOR anxiatus est

Ps 142 4 et – super me spiritus meus
60 3 dùm **anxiaretur** cor m..exaltasti me

ANXIUS

Ps 101 1 Oratio pauperis, cùm – fuerit
Eccli 5 10 Noli – esse in divitiis injustis
Bar 3 1 anima in angustiis, et spiritus – clamat ad te.. [*Audi , Dne, et miserere*]

APER

Ps 79 14 Exterminavit eam [*vineam*] – de silvà

APERIO aperis

Ps 144 16 – tu manum t : et imples.. benedict
Exod 13 2 Sanctifica mihi.. quod **aperit** vulvam
34 19 quod – vulvam generis mascul, meum
Prov 13 16 qui autem fatuus est, – stultitiam
Joan 10 3 Huic [*pastori*] ostiarius –..oves..audiunt
Apoc 3 7 –, et nemo claudit : claudit, et nemo –
Job 29 23 os s **aperiebant** quasi ad imbrem..
Thre 2 14 nec – [*prophetae tui*] iniquitatem t
Ps 38 10 Obmutui, et non **aperui** os meum
118 131 Os meum –, et attraxi spiritum
Cant 5 6 Pessulum ostii mei – dilecto meo
Gen 4 11 [*Dnus ad Cain*] maledictus eris super terram, quæ **aperuit** os suum, et..
41 56 –..Joseph universa horrea, et vendebat
Num 22 28 – .. Dnus os asinæ, et locuta est
Judic 15 19 – .. Dnus .. dentem in maxillà asini
4 *Reg* 4 35 oscitavit puer septies, – .. oculos
6 17 orasset Eliseus.. – Dnus oculos pueri
2 *Esd* 8 5 – Esdras librum coram omni populo
Ps 7 16 Lacum –..incidit in foveam quam fecit
77 23 mandavit nubibus.. et januas cœli –
Prov 31 20 Manum s – inopi [*mulier fortis*], et..
26 Os suum – sapientiæ, et lex clementiæ..
Sap 10 21 sapientia – os mutorum, et linguas infantium fecit **disertas**

Isai 5 14 infernus.. – os suū absq ullo termino
50 5 Dnus D – mihi aurem..non contradico
53 7 Oblatus est [*Christus*] quia ipse voluit et non – os suum
Jer 50 25 – Dnus thesaurum suum .. protulit vasa iræ
Dan 13 25 cucurrit unus ad ostia pomarii, et –
Luc 24 45 – illis sensū, ut intelligerent Scripturas
Joan 9 14 Erat..sabbatū quando.. – oculos ejus
21 quis ej [*caeci*] – oculos, nos nescimus
26 Quid fecit..? Quomodò – tibi oculos?
32 A sæculo non est auditum, quia quis – oculos cæci nati
11 37 Non poterat hic, qui – oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?
19 34 sed unus militum lanceá latus ejus –
Act 8 32 sicut agnus.. sine voce..non – os suum
16 14 Lydia.. cujus Dnus – cor intendere..
Apoc 9 2 Et – [*angelus*] puteum abyssi..fumus..
12 16 – terra os suum, et absorbuit flumen
13 6 – [*bestia*] os suum in blasphemias
Ps 21 14 **Aperuerunt** sup me os s, sicut leo..
Eccli 43 13 manus Excelsi – illum [*arcum*]
Thre 2 16 – super te os suum omnes inimici t
Ps 48 5 **aperiam** in psalterio propositionē m
77 2 *Matt* 13 35 – in parabolis os meum
Isai 41 18 – in supinis collibus flumina
45 1 – coram eo [*Cyro*] januas
Ezec 37 12 Ecce ego – tumulos v.. educam vos..
Zach 12 4 super domum Juda – oculos meos
Deut 15 8 sed **aperies** eam [*manum*] pauperi
Ps 50 17 Dne, labia mea – : et os m annuntiabit
Deut 28 12 **Aperiet** Dnus thesaurum s.. cœlum
Job 27 19 Dives.. – oculos suos, et nihil inveniet
41 5 Portas vultùs ej [*Leviathan*] quis –?
Eccli 15 5 Et in medio ecclesiæ [*sapientia*] – os ejus [*qui timet Dominum*]
26 15 Sicut viator sitiens, ad fontem os –
39 7 – [*sapiens*] os suum in oratione
Isai 22 22 –, et non erit qui claudat..claudet, et..
53 7 coram tondente se.. et non – os suum
Ezec 37 13 Et scietis quia ego Dominus, cùm **aperuero** sepulcra vestra
Mal 3 10 si non – vob cataractas cœli..effudero..
Num 20 6 audi .. **aperi** eis thesaurum t, fontē..
4 *Reg* 6 17 Eliseus.. – oculos hujus, ut videat
20 Eliseus.. – oculos istorum, ut videant
19 16 – Domine oculos tuos, et vide : audi.. verba Sennacherib [*Isai* 37 17]
Prov 20 13 – oculos tuos, et saturare panibus
31 8 – os tuum muto, et causis omnium
9 – os tuū, decerne..justū..judica inopē
Cant 5 2 – mihi, soror mea, amica mea, columba
Bar 2 17 [*exaudi nos*] – oculos tuos et vide
Matt 25 11 reliquæ virgines.. Dne, Dne, – nobis
Luc 13 25 Dne, – nob.. Nescio vos [*operarii iniq*]
Jos 10 22 Præcepit.. Josue.. **Aperite** os speluncæ, et producite ad me 5 reges
Judit 13 13 – portas, quoniam nobiscum est Deus
Ps 117 19 – mihi portas justitiæ.. confitebor D
Isai 26 2 – portas, et ingrediatur gens justa
Jer 50 26 –..exeant qui conculcent..[*Babylonem*]
Deut 15 11 præcipio.. ut **aperias** manum fratri t
Job 12 14 Si..si incluserit [*Deus*] hominem, nullus est qui **aperiat**
Isai 22 22 dabo clavē..et claudet, et non erit qui –
Col 4 3 ut Deus – nobis ostium sermonis
Luc 12 36 cùm..pulsaverit, confestim **aperiant** ei [*domino suo*]

Digitized by Google

Cant 5 5 Surrexi, ut – dilecto meo
Isai 42 7 [vocavi te] ut **aperires** oculos cæcorũ
 40 14 non fuit qui.. **aperiret** os, et ganniret
Luc 24 32 cor n ardens erat.. dùm loqueretur in viâ, et – nobis Scripturas?
Judit 14 10 Nullus.. audebat.. intrando **aperire**
Job 14 3 dignum ducis super.. – oculos tuos
Ezec 16 63 non sit tibi ultrà – os præ confusione
Joan 10 21 Alii dicebant.. numquid dæmonium potest cæcorum oculos –?
Apoc 5 2 Quis est dignus – librum, et solvere..?
 4 nemo dignus inventus est – librum
 5 ecce vicit leo de tribu Juda.. – librũ
 9 Dignus es, Dne.. et – signacula ej [libri]
Exod 2 6 **aperiens**, cernensque in eâ [fiscellâ] parvulum vagientem, miserta ejus..
Num 26 10 – terra os suum, devoravit Core..
Ps 37 14 Ego.. et sicut mutus non – os suum
Dan 3 25 Azarias.. –.. os s, in medio ignis, ait:
Matt 5 2 – os suum, docebat eos [Beati..]
Act 5 19 Angelus.. – januas carceris.. dixit: [Ite]
Ps 103 28 **aperiente** te manum tuam, omnia implebuntur bonitate
Act 5 23 **aperientes**.. neminem.. invenimus
Isai 54 14 Citò veniet gradiens ad **aperiendum**
Ps 105 17 **Aperta est** terra.. deglutivit Dathan
Isai 48 8 neque ex tunc – auris tua
Ps 108 2 et os dolosi super me **apertum est**
Luc 1 64 – autem illicò os ejus [Zachariæ]
 3 21 Jesu baptizato, et orante, – cœlum
1 Cor 16 9 Ostium.. mihi – magnum.. et adversarii
Apoc 11 19 – templum Dei in cœlo.. visa est arca..
Gen 3 7 **aperti sunt** oculi amborũ [Adami et]
Eccli 43 15 – thesauri.. evolaverunt nebulæ
Ezec 1 1 – cœli, et vidi visiones Dei
Dan 7 10 judicium sedit, et libri –
Matt 3 16 Baptizatus.. Jesus.. ecce – ei cœli
 9 30 Et – oculi eorum [cæcorum]
Luc 24 31 – oculi eorum [discipulorum Emmaus]
Joan 9 10 [vicini cæco]: Quomodò – tibi oculi?
Gen 7 11 et cataractæ cœli **apertæ sunt**
Job 38 17 Numquid – tibi portæ mortis, et..?
Isai 24 18 cadet.. quia cataractæ de excelsis –
Marc 7 35 statim – aures ejus.. et loquebatur rectè
Matt 27 52 monumenta **aperta sunt**.. qui dormierant surrexerunt
Ezec 44 2 non **aperietur**, et vir non transibit
Matt 7 7 Luc 11 9 quærite.. pulsate, et – vobis
 7 8 Luc 11 10 quærit, invenit: et pulsanti –
Gen 3 5 Scit.. Deus quòd.. **aperientur** oculi v
Tob 11 8 scias enim quoniam mox – oculi ejus
Prov 8 6 – labia mea, ut recta prædicent
Isai 35 5 Tunc – oculi cæcorum, et aures surd..
 45 8 **aperiatur** terra.. germinet salvatorẽ
Matt 20 33 Dne, ut **aperiantur** oculi nostri
Isai 35 6 et **aperta** erit lingua mutorum
Joan 1 51 videbitis cœlũ **apertum**, et angelos..
Deut 11 6 quos, **aperto** ore suo, terra absorbuit
2 Mac 6 18 Eleazarus.. – ore hians, compellebatur carnem porcinam manducare
Matt 17 26 piscem.. – ore ejus, invenies staterem
3 Reg 8 29 ut sint oculi t **aperti** super domum..
 52 Ut sint oculi tui – ad deprecationem..
2 Par 7 15 Oculi quoque mei erunt –, et aures..
2 Esd 1 6 fiant aures tuæ.. et oculi tui –, ut..
Jer 32 19 cujus oculi – sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuiq..
Hebr 4 13 omnia autem nuda et **aperta** sunt oculis ejus

Marc 1 10 ascendens [Jesus] de aquâ, vidit cœlos –
Act 7 55 ait [Stephanus]: Ecce video cœlos –..
Isai 42 20 Qui vides multa, nonne.. qui **apertas** habes aures, nonne audies?
Dan 13 39 fortior nobis erat [adolescens], et **apertis** ostiis exilivit
Matt 2 11 – thesauris suis obtulerunt ei munera
Act 9 8 Saulus de terrâ, –.. oculis nihil videbat

APERTIO aperitionem

Isai 61 1 Spiritus.. super me.. ut.. et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis –
Eph 6 19 detur mihi sermo in **apertione** oris

APERTUS [Vid APERIO]

APEX

Matt 5 18 iota.. aut unus – non præteribit à lege..
Luc 16 17 Facilius.. cœlum et.. præterire, quàm de lege unam **apicem** cadere

APIS

Eccli 11 3 Brevis in volatilib –.. initium dulcoris
Isai 7 18 Sibilabit Dnus.. **api**, quæ est in.. Assur
Deut 1 44 Amorrhæus.. persecutus est vos, sicut solent **apes** persequi
Ps 117 12 Circumdederunt me sicut –, et.. ignis..
Judic 14 8 examen **apum** in ore leonis.. favus

APOCALYPSIS apocalypsim

1 Cor 14 26 unusquisq vestrùm psalmum habet ..–

APOLLO

1 Cor 3 4 Quid igitur est –? quid verò Paulus?
 6 Ego plantavi, – rigavit: sed Deus..
 22 Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive –, sive Cephas.. vita.. mors..
 1 12 Ego quidẽ sum Pauli: ego.. **Apollo**
 4 6 transfiguravi in me et **Apollo**, propter vos: ut in nobis discatis, ne supra

APORIO aporiamur

2 Cor 4 8 patimur.. –, sed non destituimur
Eccli 18 6 cùm quieverit [homo], **aporiabitur**

APOSTATA

Prov 6 12 –, vir inutilis, graditur ore perverso

APOSTATO apostatare

Eccli 10 14 Initium superbiæ hominis, – à Deo
 19 2 Vinum et mulieres – faciunt sapientes..

APOSTATRIX apostatrices

Ezec 2 3 mitto.. te ad filios Israel, ad gentes –

APOSTOLATUS apostolatûs

Act 1 25 accipere locum ministerii.. et –, de quo prævaricatus est Judas, ut..
1 Cor 9 2 signaculum – mei vos estis in Domino
2 Cor 12 12 signa.. – mei facta sunt super vos, in..
Rom 1 5 per quem [Jesum] accepimus gratiam et **apostolatum**, ad obediendum
Galat 2 8 qui.. operatus est Petro in –.. et mihi..

APOSTOLUS

Joan 13 16 neque – major est eo, qui misit illum
1 Cor 9 1 Non sum liber? Non sum –?
 15 9 qui non sum dignus vocari –, quoniam..
Galat 1 1 Paulus – non ab hominib.. sed per J C
1 Tim 2 7. 2 Tim 1 11 positus s ego prædicator.. –
Tit 1 1 Paulus servus Dei, –.. Jesu Christi
Hebr 3 1 considerate **apostolum**, et pontificem confessionis nostræ, Jesum
Luc 17 5 **Apostoli** Dne: Adauge nobis fidem
 22 14 discubuit [Jesus], et 12 – cum eo
Act 4 33 reddebant – testimoniũ resurrectionis..
 5 29 –, dixerunt: Obedire oportet Deo..
1 Cor 12 29 Nũquid omnes –.. prophetæ.. doctores?
2 Cor 8 23 – ecclesiarum, gloria Christi
1 The 2 7 Cùm possemus vobis oneri esse ut Christi –.. facti sumus parvuli..

Digitized by Google

Matt 40 2 XII.. – nomina sunt hæc.. Simon..
Act 2 42 Erant.. perseverantes in doctrinâ –
4 35 et ponebant [*pretia*] ante pedes –
5 12 Per manus.. – fiebant signa.. in plebe
1 *Cor* 15 9 Ego..sum minimus –..non sum dignus..
Eph 2 20 superædificati super fundamentum –
Apoc 21 14 fundamenta 12.. in ipsis 12 nomina 12–
Luc 11 49 Mittam ad illos proph et **apostolos**
1 *Cor* 4 9 Deus nos – novissimos ostendit
12 28 posuit Deus in Ecclesiâ, primùm –..
2 *Cor* 11 13 subdoli, transfigurantes se in – Christi
Eph 4 11 ipse dedit quosdam quidem –.. alios..
Luc 9 1 Convocatis.. 12 **apostolis**, dedit.. potestatem sup.. dæmonia, et..
Act 1 26 Mathiã, et annumeratus est cum XI –
2 *Cor* 11 5 nihil me minùs fecisse à magnis –
Judae 17 memores estote verborum quæ prædicta sunt ab – Domini nostri J. C.

APPAREO apparet

Sap 1 2 –.. eis, qui fidem habent in illum
Ps 62 3 sic in sancto **apparui** tibi, ut viderem virtutem t, et gloriam tuam
Rom 10 20 palàm – iis, qui me non interrogabant
Gen 5 24 [*Henoch*] non **apparuit**..tulit..Deus
12 7 –..Dnus Abrã.. Semini tuo dabo ter..
26 24 ubi – ei [*Isaac*] Dnus in ipsâ nocte
35 7 – ei Deus, cùm fugeret fratrem suum
Exod 3 2 – .. ei..in flammâ ignis de medio rubi
16 10 et ecce gloria Domini – in nube
Levit 9 23 – .. gloria Dni omni multitudini
Num 12 10 Maria – candens leprâ, quasi nix
Deut 31 15 – .. Dominus ibi in columnâ nubis
33 2 Dominus.. – de monte Pharan
16 Benedictio illius qui – in rubo, veniat
Matt 1 20 angelus Dni – in somnis..Joseph.. noli..
2 7 didicit ab eis tempus stellæ, quæ – eis
13, 19 angelus.. – in somnis Joseph
9 33 Nunquàm – sic in Israel
Marc 9 3 – illis Elias cum Moyse.. loquentes..
16 9 – primò Mariæ Magdalenæ, de quâ..
Luc 22 43 –..illi angelus de cœlo, confortans eũ
24 34 surrexit Dominus verè, et – Simoni
Act 7 30 – illi [*Moysi*] in deserto..Sina, angelus
9 17 misit me Jesus, qui – tibi in viâ..
1 *Tim* 3 16 – angelis, prædicatum est gentibus
Tit 2 11 –..gratia Dei Salvatoris nostri omnibus
3 4 Cùm autem benignitas et humanitas – Salvatoris nostri Dei
1 *Joan* 1 2 vitam æternam, quæ erat.. et – nobis
3 2 nondùm – quid erimus.. similes ei..
5 ille [*Jesus*] –, ut peccata n tolleret
8 In hoc – Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli
4 9 In hoc – charitas Dei in nobis.. misit..
Apoc 12 1 signum magnum – in cœlo : Mulier..
2 *Mac* 7 22 Nescio qualiter in utero meo **apparuistis** : neq.. animam donavi..
Gen 18 2 **apparuerunt** ei [*Abrahae*] 3 viri
Tob 2 22 vana.. spes..et eleemosynæ tuæ modò –
Ps 17 16 – fontes aquarum..revel..fundamenta..
Cant 2 12 Flores – in terrâ nostrâ.. vox turturis.
Matt 13 26 Cùm.. crevisset herba .. – et zizania
17 3 Et ecce – illis Moyses et Elias cum eo [*Jesu*] loquentes
27 53 exeuntes de monumentis.. – multis
Act 2 3 – illis [*discipulis*] dispertitæ linguæ
Levit 16 2 in nube **apparebo** super oraculum
Num 12 6 Si quis.. propheta Dni, in visione – ei
Ps 16 15 Ego.. in justitiâ – conspectui tuo
Ps 41 3 quandò veniam et – ante faciem Dei?
2 *Mac* 6 27 fortiter vitâ excedendo, senectute quidem dignus – [*ait Eleazarus*]
Eccli 35 6 Non **apparebis** ante conspectum Domini vacuus [*Exod* 23 15, 34 20 *Deut* 16 16]
Gen 9 14 **apparebit** arcus meus in nubibus
37 20 tunc – quid illi prosint somnia sua
Levit 9 4 immolate.. hodiè enim Deus – vobis
Sap 6 6 Horrendè et citò – vobis [*Deus*]
Eccli 39 4 in conspectu præsidis – [*sapiens*]
Hebr 9 28 secundò sine peccato – expectantib se
Ps 16 15 satiabor cùm **apparuerit** gloria tua
Col 3 4 Cùm Christus – vita v; tunc et vos apparebitis cum ipso in gloriâ
1 *Pet* 5 4 cùm – princeps pastorum, percipietis..
1 *Joan* 2 28 manete in eo : ut cùm – habeamus fid
3 2 Scimus quon cùm –, similes ei erimus
Ps 91 8 Cùm.. **apparuerint** omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant..
Prov 25 6 Ne gloriosus **appareas** coram rege
Gen 1 9 Congregentur aquæ..**appareat** arida
Hebr 9 24 Jesus introivit.. in ipsum cœlum, ut – nunc vultui Dei pro nobis
Apoc 3 18 et non – confusio nuditatis tuæ
2 *Cor* 13 7 non ut nos probati **appareamus**, sed
Matt 6 16 Exterminant enim [*hypocritae*] facies suas, ut **appareant**.. jejunantes
Act 1 3 vivum.. per dies 40 **apparens** eis
Hebr 11 1 Est..fides sperandarum substantia rerũ, argumentum non **apparentium**

APPELLO appellant

Sap 14 22 tot et tam magna mala, pacem –
Act 25 12 Cæsarem **appellasti**? ad Cæsarẽ ibis
Gen 1 5 **appellavit**..lucẽ diẽ..tenebras noctẽ
10 congregationesque aquarum – maria
2 20 –..Adam nominib s cuncta animantia
16 14 [*Agar*] – puteum illum, Puteum viventis et videntis me
22 14 –.. nomen loci illius, Dominus videt
26 21 rixati sunt, –..eũ [*puteum*], Inimicitias
33 [*Isaac*] – eum [*puteum*], Abundantiam
35 7 [*Jacob*] Ædificavitq ibi [*Bethel*] altare, et – nomen loci illius, Domus Dei
10 Non vocaberis..Jacob.. – eum Israel
Sap 13 10 **appellaverunt** deos opera man h
Jac 2 23 Abrahã.. amicus Dei **appellatus est**
Prov 16 21 sapiens..corde, **appellabitur** prudens
Isai 32 5 neque fraudulentus, – major
Eccli 5 16 Non **appelleris** susurro, et linguâ tuâ ne capiaris, et confundaris
Hebr 5 10 [*Christus*] **appellatus** à Deo, pontifex, juxta ordinem Melchisedech

APPENDO appendit

Job 26 7 Qui.. et – terram super nihilum
28 25 fecit ventis pondus..aquas – in mensurâ
Prov 21 2 via..recta..videtur : – autẽ corda Dnus
Isai 40 12 quis – 3 digitis molem terræ?
55 2 Quarè **appenditis** argentũ non in panib.. laborẽ v non in saturitate?
Prov 8 29 quandò **appendebat** fundamenta terræ [*cum eo eram cuncta componens*]
Jos 2 21 [*ait Rahab*] ità fiat.. **appendit** funiculum coccineum in fenestrâ
Zach 11 12 **appenderunt** mercedem meam 30 argenteos
Eccli 42 7 et quodcumque trades, numera, et **appende**

Digitized by Google

Esth 7 9 dixit rex : – eum [*Aman*] in eo [*ligno*]
Job 31 6 **appendat** me [*Deus*] in staterâ justâ
2 Reg 18 12 Si **appenderes** in manib.. mille argent, nequaquã mitterem manum..
2 Mac 9 8 qui [*Antiochus*] sibi videbatur:..montiũ altitudines in staterâ **appendere**
Dan 5 27 THECEL : **appensus es** in staterâ, et inventus es minùs habens
Esth 2 23 **appensus est** uterque [*eunuchus*]
Job 28 15 nec **appendetur** argentum in commutatione ejus [*sapientiæ*]
Esth 5 14 dic manè regi, ut **appendatur** super eam [*trabem*] Mardochæus
Job 6 2 Utinam **appenderentur** peccata m

APPETITOR

1 Pet 4 15 Nemo:.vestrùm patiatur ut..alienorũ –

APPETITUS

Gen 4 7 sub te erit – ejus, et tu dominaberis illius

APPETO appetunt

Hebr 11 16 nunc.. meliorem – [*patriam*].. cœlestem
1 Tim 6 10 cupiditas : quam quidam **appetentes**, erraverunt à fide, et..
Sap 8 5 si divitiæ **appetuntur** in vitâ, quid sapientiâ locupletius?

APPLAUDO applaudebant

Jer 5 31 mendacium, et sacerdotes – manibus

APPLICO applicat

